



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Ioannes Cornelius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

pendijs militare, nec sequi  
castra vt militem, sed ad ani-  
mas militum procurandas.  
At hæc ipsa exacerbauere  
iras victoris hæretici: quare  
semel iterumque sclopi glā-  
de traiectus occubuit. Et  
post illum

P. Laurentius Euerardi, ac

P. Otho Campensis.

Belga

ibid.

atat. 33.

Soc. 15.

Hollandus

atat. 43.

Soc. 16.

Vterque magno animarū  
lucrifaciendarum studio no-  
bilis, multis ab hæresi reuo-  
catis ad fidem.

P. Ioannes Cornelius.

Matrem viduam in An-  
glia ad fidem orthodoxam,  
& intra triennium facilè 30.  
familias, conuertit. Dicendi  
dote tam erat amabilis &  
robustus, vt vel semel audi-  
tus, eos à quibus audiebatur  
redderet sibi obnoxios. Ani-  
mas purgatorj iuuabat, pro-

Hibernus.

Dorcestrie.

3. Iulij

1594.

Purgator.

I nun-

nunciato, quoties manus la-  
uabat, psalmo *De profun-  
dis*, &c. item pecuniâ quam  
in missionibus nancisci pote-  
rat erogatâ; sacrificijs, cili-  
cijs, flagris, ieiunijs. Magistrû  
suum mortuum vidit sacrifi-  
cia postulantem. Inter sacri-  
ficandum pro Barone quo-  
dam, illius animam conspe-  
xit in filua inflammata, *Mise-  
remini mei*, &c. clamantem; &  
se accusantem, quòd fidem  
orthodoxam ob humanos  
respectus non satis fortiter  
fuisse palàm professus; quòd  
in aula tempus vanè triuif-  
set; quòd innocentis Reginae  
Scotiae capitis damnatae ipse  
quoque cum alijs aliqua pars  
fuisse. Hęc omnia se quidem  
confessione in vita expiasse;  
at poenas commeritas adhuc  
luere. Nec nisi capite vide-  
ba-

batur è vasto illo incendio  
 eminere. Vidit hæc eadem is  
 etiam qui sacrificanti Ioanni *Sacrum.*  
 aderat sacri minister; & Ioã-  
 nes ista narrans, octoginta  
 illos qui sacro illi aderant,  
 atque obscuram quandam  
 flammam istic aduerterant,  
 flentes flens & ipse, dimisit.  
 Dæmones facti sunt; pelli se è  
 corporibus incensâ P. Ioan- *Charitas.*  
 nis charitate quâ ipse flagra-  
 bat. Adegit dæmonem, ut  
 cum diuinam hostiam post  
 sacrum ipse Pater in pyxide,  
 seu custodia, deponeret, di- *Sacrum.*  
 fertè dixerit: Agnosco in hoc  
 Sacramento potentiam tuâ, *Euch.*  
 ò Deus! Aliàs vidit dæmo-  
 nem in linea foeminæ fasciâ,  
 velut auiculam; aliàs autem,  
 ut cattum. Plura flagra lace- *Mortif.*  
 rabat crebro usu quotannis,  
 & sæpè & dirè se cédens: ci-

*Mors.**Mors  
illustris.**Hispanus.  
in Para-  
guaria.  
3. Julij.  
1637.  
Soc. 24.*

licino adhæc sago nodis  
 aspero vestitus vsque ad ge-  
 nua. Captus, & in odium fidei  
 cédendus, morti nobili se pa-  
 rabat per cilicia, flagra, ieiunia . Vota Societatis in car-  
 cere nuncupavit coram alijs,  
 plenus lachrymarum, & vo-  
 luptatis. Mors illius fuit ple-  
 nissima tenerrimæ pietatis :  
 quam subiit suspendio , &  
 consuetâ carnificatione. Ca-  
 put eius patibulo affixum  
 fulgere radijs est conspe-  
 ctum .

*P. Petrus de Espinosa .*

Hic tum adhuc puer in  
 Hispania voto se obligârat  
 defendēde Immaculatę Con-  
 ceptioni Matris Dei. Educa-  
 tus est per sanctē; quippe qui  
 iucundē narrârit aliquando  
 Matrem suam cum lachry-  
 mis ante suum lectulum in-

ge-